Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Dixerunt ergo ei demones Quid tardas Balnearium est
quod vides Velis nolis illuc ibis. et in eo cum ceteris
balneabis Cepit autem de domo illa audire miserri
mos clamores Et cum in domum introductus fuisset
vidit pauimentum illius rotundis fossis plenum ita
ut inter eas vix aut nullatenus ire posset Erant autem
fosse singule diuersis metallis plene et liquoribus
feruentibus In hijs mergebantur maxime multitudi
nes virorum ac mulierum diuerse etatis. quorum alij omni
no erant immersi. alij usque ad supercilia. alij ad ocu
los. alij ad labia. alij ad colla. alij ad pectus. alij
ad vmbilicum. alij ad femora. alij ad genua. alij
ad tibias. alij vno tantum pede tenebantur. alij vtraque
manu vel vna Sublevantesque demones mili
tem conati sunt eum in vnam fossam proicere Sed cum
ille nomen domini nostri ihesu xpi inuocasset defecerunt
demones in suo conamine Inde recedentes pertraxerunt
militem contra montem vnum in quo vidit sedere super digi
tos pedum pedum incuruatam tantam multitudinem
virorum ac mulierum diuerse etatis. quod pauci videba
tur ei omnes quos ante viderat Hij omnes nudi et
quasi mortem expectantes cum tremore contra aquilonem
intendebant Tunc demones dicunt militi Mi
raris quid isti hic populus expectat nisi nobis ut re
uertaris consensis scias quod isti cum tanto tremore expec
tant Vix verba finierant. et ecce ab aquilone ve
niebant uentus turbinis qui totum populum illum flentem

experieris illud quod